

um, ad uisionem corporis uitę principis, & qđ
Deum suscepit conuenimus. Aderat aut em frater
Dei Iacobus, & Petrus prouectissima theologorū
summitas. Postea uisum est ut uniuersi hirachę.
idest apostoli laudarent, sed unusquisque erat: ido
neus infinitę uirtutis bonitatem thearchicę infir
mitatis. Porrō alia trāstatio sic habet: Quoniam, &
cum ipsis ideo acceptabilibus nostris summis prin
cipibus, idest apostolis: Quoniam, & nos ut estima
tur, & tu, & multi nostrorum sanctissimorum fra
trum, in uisionem uitam inchoantis, & Deum reci
pientis corporis conuenimus. Aderat autem frater
Dei Iacobus, & Petrus uertex ac honorabilissima
theologorum summitas. Hęc uerba ut Vercellen
sis exponit de corpore Christi intelligi habent. re
fert namque quosdam cum apostolicis discipulis
conuenisse in montem Sion Apostolos ad disputa
dum, conferendumque de incarnatione uerbi, & si
quod ait Dio. in uisionem, exponitur in contempla
tionem. Prima tamen. expositio cōiore, & mihi
utique amplius placet. Amplius autem post bonū
prestantissimum Dei nomen, & in quo sancta diui
nitas lympidius contemplatur est esse, ut 6. ca. de
diuinis nominibus ait Theol. unde Deus gloriosus
Moyfen Dei nomen seiscitantem affari orsus: ego
inquit, sum qui sum. hęc dices filiis Israel, qui est,
misit. me. Et unigenitus Dei: Antequam, asserit,
Abraā heret, ego sum. Unde sicut in Sum. cont. Pa
ganos in li. de esse, & essentia. S. doctor determinat,
Deus est esse tantū idest Deus est esse purum incō
positum, simplicissimum, in se subsistens ideale, ac
separatum. Esse quidem, ut Boethius, & Damasc.
edisserunt, actualissimū, & formalissimum est. Diui
num ergo esse abiq; omni commixtione, ac addita
mento, in se super simplicissimē perseuerans, om
nem actualitatem, & formalitatem, plenissimē, &
que perfectē complectitur. Ideo que diuinum esse
sine simplicitatis lux iniuria, uitale est sapiale, oīs,
felicitissimum, liberissimum, summē, dulce, summē
amabile, summē pulchrum, iustum, sanctum, beni
gnum, & quicquid præstant est, atque præclarum,
neque est in Deo diuersitas, ulla, sed omnia hęc in
superadorando Deo, simplicissima unitas sunt, &
purissimum lumen. In hoc tamen summi distant
theologi, quoniam Hilarius, & Damasc. Boet. & An
sel. præordiant in diuinis nominibus bonum en
ti. Dio. autem, & Hierotheus primum Dei no
men astruunt fore bonum, in hoc ipso ut Thomas re
statut, Platonem sequentes. ¶ Præterea post hęc ap
tissimum, lucidissimumque Dei nomen est, actus,
& id à philosophis præcipuē dictum recorder, qm
nec Dion. de hoc nomine mentionem induxit. Est
igitur ut 12. metaphisicę Aristoteles ait Deus actus
purus, & quidem hoc tam subtile est, si rirē iuren
do ut alius uolare non possit naturale ingenium
Ideoq; inde pro nunc celeriter transeo. Tantū dē
uerō dicendum, quoniam actus, & potentia, diui
dunt ipsum ens, Unde sicut in summo entium. Ima
teria prima est pura potentia cuius secundum se
est duntaxat moueri, & passivę primum in entibus
est purus actus, cuius secundum se est cuncta mo
uere, & agere, nil posse recipere, non pati, non mu
tari, non perfici, nec quippiam de potentialitate ha
bere admixtum. ¶ Et quidem hęc est uia positiua
contemplandi æternam, inseruitabilemque diuini
tatem, ad quam omnis nostra agnitio, omnisque
dominicę passionis, ac humanitatis Christi contē
platio ordinanda est. ipsa quippē præstantior, est,
inyceriorque fauor: mentem si tamen capax fa

cta est, amplius inflammās, deuotiorē quoque,
humilioremque reddens. Porrō uia negatiua con
templandi ineffabilem, ut Dionysius astruit, effica
cior est, & in ipsa ab infimis ordiri par est prout
2. c. mysticę theologie Theo. falsus est. In primis qđ
pē sensibilia omnia, hinc uero intelligibilia, atque
dignissima, à superuuenti, & cunctis incompara
bilitate, in finiteque super exaltato Deo auferre opor
tet, uti. 18. s. c. mysticę theo. docet. Ideo que in ex
ordio epistolę ad Dorot. scripsit sanctus, qđ diuina
caligo, in qua Deus habitare perhibetur, inaccessi
bile lumen est, & si quis in ea quid uidit, non Deū
uidit, sed ad eorum, quę post Deum sunt. diuinorū
videlicet effluxus donorum, in quibus fontale, cau
saleque iubar ut conque respelendū. unde ad Gau
epist. 2. ait Dio. qđ omnium summitas, super diuini
tatem, bonitatemque confisit, prout f. à nobis ea
intelligere possibile extat. ¶ Insuper autem de dile
ctione Dei paulisper dicturus, hoc in primis com
memoro: qm bonum, & pulchrum, & dulce omnia
appetunt, quemadmodum 4. cap. de diuinis nomi
nibus Dio. introduxit. quo ergo ardore, quo uti
que zelo, & qđ astuanti feruore, amandus, ample
ctendus est, qui est oim bonorum fontana bonitas
& item ipsa bonitatis essentia, cuius bonitas finem
ignorat, & in quo supereminet, remque cum
immenfa plenitudine extat quicquid bonum est,
quicquid ritē amari, aut concupisci ualet, felicitissi
ma, ac uiuifica uita, æterna sapientia, interminabile
lumen, omnipotens uirtus, summa felicitas plenissi
ma pax, atque immensæ diuinit. ¶ Enim uero Deus
sublimis, & benedictus pulchre, & omnisque sancti
tatis origo, & totius radix munditię, neque aliud
est super felicitissimo esse, atque aliud pulchrum esse
sed eius infinita hypostasis, infinita pulchritudo est
splendor, & decor uniuersa pulchritatis, adornās
uenustans, cuius uultum astra matutina, omnesq;
filii Dei eum in lætibili semper contemplantur ar
dore immobiliter, & inauertibiliter, & inen
disissime in eum conuersi, & ipsa demū diuina dulcedo
eos gaudiosissimē reficit, atque in se eum inætima
bili, calidissimoque affectu suspensus, in se trahit,
degluit, transformat. Denique quemadmodum
12. c. de diuinis nominibus, & in li. de sacro princi
patu angelico asserit summus noster Philo. Pacem
omnia cupiunt, & ad eam obtinendam operantur,
omne quod agunt: quoniam, & bella propter pacē
sunt Deus autem pax est omnem sensum exupe
rans, totique orbi harmoniam, & stabilitatem, & cō
cordiam, & nexum impendens quippe qui fines su
per mandandi sui palatii, empyrei cęli pacem repo
nit, securissima, ac gaudiosissima tranquillitate,
omnes militiæ ignitias phalangas, excellosos
sarrapas sibi inuicem uniens, in semetipsis stabiliēs
& in se quoque felicitas. Allegauit, iam nunc in col
latione penitenti hubertum Dionysium, non sem
per uerba, sed sensum complectens, in hoc ipso mi
hi, uobis que parcens, eius quippe uerborum teno
rem, memorię commendare mihi quidem esse
difficile, ea autem intelligere, uobis ni fallor
non esset tam celeriter promptum. ac facile.
Sunt uero ut Vercellensis testatur, qui
dam indocti, id incongruum illicitumque pu
tantes: eum tamen sancti, & ipse quoque Dionysius
hoc læpius agat. Illustret faciem suam super seruos
suos saluosque nos faciat in clemētia uia Res Mes
sias, Christus dominus, cui est cū æterno genitore,
ac alio parclito gloria, magnificentia, imperium
& potestas, & nunc, & in die æternitatis, Ant